

149

Viro Celeberrimo,  
 Carolo Morgenstern, D.,  
 Aug. Aust. civit. Imp. a Consil. Collegior.  
 Eloqu. et P. etc in Univ. Soppat. Prof. Amplissimo

J. p. D.  
 Frider. Guiljelm. Ripping

litteras Tuas, Vir Doctissime, Cal. Octobr. superioris anni benignissime  
 scriptas, in manus meas. sero admodum venisse, est quod maxime doleo.  
 Tradita folioes sunt mihi illis ante Cal. Novembri. novi st. cum, initio  
 prid. id. Oct. facta auctionis Porthaniana, omnes tibi in folio et quarto,  
 nonnulli quoque octavae formae, jam vendidit essent. Hinc factum, ut  
 cum illorum maxime e numero fuerint quos tibi emendos esse indicasti,  
 opportuna rebus Tuis inserviendi occasione mihi erepta, non nisi paucos  
 admodum tuo nomine comparare potuerim. Accedit, quod multos, eo-  
 rum quos desiderasti, libros Bibliotheca nostra Academica maxime  
 necessarios esse Helander noster antea jam significaverit, et caeteri tanti

venierint, ut favore Tuo indigna plane essem, si Tibi eas comparas-  
 sem. Celsus ox. gr. edit. Almeloveen 19. Feb. et Germandes 15. Feb. venie-  
 runt; et in universum dicendum est, pretium quo plurima pars libro-  
 rum emta est, inauditum his in locis huc usque fuisse. — Non-  
 dum vero ad finem perducta venditione, qua' diebus tantum Merc.  
 et Saturni per aliquot horas facta, variis deinde causis, inprimis ge-  
 rris hiemalibus, impediensibus, interempta est, quidam restant libri  
 in octavo et omnes in duodecimo, ut et tabula ari incisa; sperans  
 igitur fore ut, dummodo tela semestri vernali resumatur, numerum  
 Tibi emtorum quibusdam adhuc augere possim, indicem illorum non-  
 dum misi, mora' tantam causa his nuntata contentus. —

Libri in auctione Dospitalensi, vigilantissima Tua cura nobis emti,  
 unacum Sapore. I et II itineris Tui, jam autumnii initio salvi-  
 tate pervenerunt.

Cumulata salutis usum novo hoc anno Tibi optans, ut mihi favore  
 nunquam desinas. Sic Celeberrime, humillimus denique rogo.  
 Vale! — Sab. Abod. d. 4. ante Id. Jan. n. 1613.

